



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Eckivs Impvgnator.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

A D L E C T O R E M.

test probari ex sacris literis. Quin potius si quid docerent, lunt, non statim minis cogant homines, alioqui misera erit Christianorū conditio, sed proferat ex fontibus testimonia sine coactis & apud se natis interpretationibus, & credetur eis. Id quod nō fecit M. sacri palatiij F. Syluester Prieras, qui nuper Martino Lutherio respondit, sed sic, ut Theologis & non Theologis risum mouerit, cū sua ecclesia essentiali, uirtuali, representativa. Quod si laici resipiscente passim mundo nō tam ex librīs, quos etiā nobis Theologis meliores legunt, q̄ ex ingenij sagacitate, multa quotidie reprehendunt circa Christianismū, quæ secus habere putant, quid oportet nos facere a uulgo longe, lateq; remotos? Aperiote tandem per dominū nostrum Iesum Christū oculos uestrōs o Theogī, & omīssis scholasticis opinionib; omīssis puerilibus di gladiationib; ad ipsos scripturarū fontes accedite. Hæc ad monendi causa dicta putentur, certe non sine lachrymis & gemitu honorum uirorum scripta, ad superbam istam pertinaciam, & pertinacem quorundā superbiam ingemiscens tium, teste Christo, qui est benedictus in secula. Fiat, Fiat.

CONTRA D. IOANNEM ECKIVM THEOLOGVM.

REVERENDVS PATER DOCTOR Martinus Lutherius, disputationis suę pro declaratione uirtutis indulgentiarum, hanc primam posuit conclusionem.

Dominus & magister noster Iesus Christus, dicendo, pœnitentiā agite, omnem uitā fidelium pœnitentiā esse uoluit.

ECKIVS IMPVGNATOR.

Cum regnum cœlorum in uerbis Christi præsentem uideatur significare ecclesiam, ac tempus plenitudinis euangelicæ tunc aduentantis, nō uidetur quō pœnitentia omnem fidelium uitā exprimat.

R ij